

M 86

V. 110

~~XXX~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

Viii

SIGNAT. clōlōCCCCXIII.

DE STUDIORUM IN BOHEMIA PROGRESSU

& incrementis

METRICA DE-

CLAMATIO

IN HONOREM ET RE-

STAUARATIONEM ALMÆ ACADEMIÆ

Pragensis, publicè in Collegio Carolino

16. Cal: April: hora 17. recitata

Venceslao Rokycansky Gurimeno

AD AUTHOREM

Pluria Pragensis, dum fulcra Patresq; LYCÆI

Grandisonis resonas VENCESILAE modis

Nonne nova laudis seges hic tibi crescit? et olim

Accedet titulis hinc novā fama tuis.

Andreas Rochotius à Rochiceri

perga &c. Poeta & Notarius

Imperialis.

PRAGÆ,

Typis PAULI SESSII. Anno 1610.

PRUDENTIB: AM-

PLISSIMIS ET NOBILIBVS

JUDICI

CONSULI

ÆDILIBUS

PERVETVSTÆ ET CELEBERRIMÆ

VRBIS GURIMÆ, & alijs omnibus qui in ea

vel presentant

parent.

VIRIS CLARISSIMIS ET DOMINIS

meis Clémentis.

BOHEMA terra, umbilicus Germanidos

Ora, feracis Gaza cornu copia.

Quibus pias incæperit primordijs

Artes colere, quàm potenti & Spiritu

Ruditatis arma Barbaræ devicerit

DIXI: patentêis nostra quando ACADEMIA

Admovit aurêis, & sacer Musis chorus

Vocis loquelam extorserat silentio.

VRBIS SENATUS GURIMÆ, fautor meum

Donate Musis hoc MELISMA patrj

Assume vatis; jure nam tibi optimo

Debetur, à quo robor hausit Indolis. V.

Venceclaus Rokycansky Gurimensis

Collegij Carolini Præceptor

Classicus.

Prima Bohemiae studiorum exordia terrae
Cumq; suis vicibus, florida secla canam
Parcite me patrias, patria qui vivitis artes
Dicere, vestra meum Nomina spectat opus
Vos quoq; qui Clara mecum sudatis in arte
Este precor lacera, stella secunda, rati.
Multa retexetis lapsorum pensa dierum
Notaq; plus solito Czechica Pallas erit.
Ipsa suas etiam fati observatio leges
Adde, & aeterni provida facta DEI.
Atq; utinam canerem primos ab origine fastos
Et MAROBUDEJUM quid fuit ante ducem!
Nulla meis metris Majestas major inesses,
Nec levis emptori pagina nostra foret;
Nam quis ad Herciniam Bojaria mania sylvam
Nescit CASURGUM vel Ptolomea tum?
Quis negat in media CZECHUM Germanidos ora
Sub ZRZITO patrium monte locasse larem?
Fama ducis CROCI manet indelecta, perenne
Dux PRIMISLAUS nomen arator habet
Hunc castam perhibent puerum vidisse LIBUSSAM
Dum Schola BUDECII collis utramq; fovet.
Vnde virum vates tandem sibi duxit arantem
Conceptusq; diu sternuit omen Amor.
Forsitan hic aliquis dicet; Telluris arator
Legulator Dux ergo Boëmus erat.

2

Sceptrane

Scepterane pro stiva agricolis? Fuge pessime livor
Vir genere & studijs nobilis ille fuit.
Pars operis pingvi pingves facere aggere sulcos
Illo (ceus perhibent) tempore prima fuit.
FABRICIUM agricolam vel te SERRANE serentem
Quis nescit Latio jura dedisse foro?
O quam tunc felix nostraq; beatior etas
Fulsit, ubi ex agris quesit usus opes.
Simplicitas in honore fuit, fraus absuit omnis
Ut quis corde tulit sic quoq; verba dabat.
Nunc alia est etas, alijs vult Moribus uti
Illa Borivogium non fuit ante Ducem.
Si quis adest priscos patria repetamus honores
Sit sua prateritis gratia rebus inest?
Hic, ubi nunc PRAGA est, olim virgulta virebant
Et sacer occultus cespite LIMES erat.
Prima LIBUSSA manu PRAGÆ fundamina fecit
Non hinc omne tamen creverat Urbis opus.
Erexere domos alij: stetit alta columnis
Regia, per varias edificata manus.
Addidit huic operi lucem BORIVOGIUS alman
Et LUDMILLA suo fida marita viro.
Nam verace fide, CHRISTI sacra vera professi
Abjiciunt fictos Numina falsa Deos.
Vir sacer & Morava sincerus Episcopus ora
Methudius, sacro flumine utrumq; lavat.

Pri

Principis exemplum vicinia tota secuta est,

Et sua flumineâ corpora lavit aquâ.

Adjuvit studium divina operatio, crevit

RELLIGIO, nostris ante parum orta locis.

Inde datae Leges, Virtutis et usus honeste

Induit et vultus terra Bohema novos.

Stabat honos doctis, stabat sua Gratia Musis

Nec miser, ut nunc est, tunc studiosus erat.

Omnia florebant, natus cum patre canebat

Corda tuicatus optime CHRISTE fove.

Obvius egregio vicinus amicus amico

Nostra quod hac, dixit, pectora Numen agit.

Est DEUS inter nos motore calescimus illo

Impetus hic ignes Religionis habet

Ergo suis ceptis Latij suffragia Pape

Et patriâ linguâ sacra canenda petunt.

Roma diu impediit sed clamor, ab aethere, Laudes

Voce sua Dominum Spiritus omnis ait.

O quam dulce melos tunc patria nostra canebat

O quam florenti tunc fuit usu statu.

Sed nihil est adeo in toto durabile mundo

Cui non fors varias ponat iniqua vices

Territus hoc cantu nigri Dominator Averni

In varios mutat cuncta rapitque dolos.

Et mox incurrit DRAHOMIRÆ pectus iniquum

Quæ tunc in Patria seva JEZABEL erat.

A 3

10a

Illam odijs agitata fuit, dirumq; venenum
Evomit, inq; piis sevit iniqua gregem
Ædificare Scholas prohibet, jubet ædificatas
Dissolvi, & dura claudere templa sera.
Quid non ausa eadem & summi fastigia templi
Sustulit, & Latum Curia ademit opus.
Heu mihi quam varijs exercita nostra periculis
Patria, quam rerum flebilis ordo fuit!
Languida religio, Pietas, & amabilis aura
Pacis, ad ætherias visa abÿsse, domos.
Ni Deus ipse sua nostri bonitate misertus
Cujus vox unquam sacra perire nequit.
De medio terræ genus hoc infame Bœmæ
Tolleret, & nigra precipitasset humo
Scilicet ut discant, summissa mente, Tyranni
Quam veniat lento. Numinis ira, pede.
Hac procul expulsa sub Averna trementia nube
Clarius illuxit sole favente dies.
Quæ prius in planctu, durisq; in cotibus hæsit
Auxiliatrici libera facta manu.
Ibat honor vultu, Venus & cum fratribus ibat.
Venit & ad postes Musa vocata suos.
Gratiaterna Choris, & ter tria Numina Muse
Ibant felici per loca tuta pede.
Fortè BOLESLAUS tunc patria sceptraregebat.
Dux pius & patriæ maxima fama sua.

Hic

Hic renovare Scholas cepit, sacrumq; tueri,
Et struere eterno templa dicata DEO.
Vnde velut mos est, crescentibus artibus ipsa
Crevit adaucta pijs, terra Boëma, viri.
Quas habuit clausâ dives possessor in arca.
Has tantum claustris ferre solebat, opes.
Tertia DEO stabat, Phæbo posita ara secunda
Cura Monasterij tam pia nempe fuit.
At nunc quæ saxo cernis constructa vetusto,
Claustra parum vere Religionis habent.
Omnia mutantur, nec quod fuit, ante, redibit
Et sua fata vagi circulus omnis habet.
Sed quò digredior? studij tranquilla potestas
Ad quæ peruenit tempora, Musa refer.
Cerne WRATISLAI natorum incommoda Regis.
Quam discors fuerit tum status ille, vide.
Omnia fraterno sonuerunt rura tumultu.
Et Bellona suas sparserat atra faces.
Donec amans pacis tu VLADISLAE secunde
Ne ferus insano Mars tonet ore caves
Quod rectum atq; desens statuis, quod inutile tollis
Et revehis mites ad tua templa DEOS.
Testis erit multis ornata Bohemia claustris.
Atq; Sioniaci tecta sacrata jugi.
Testis & à domitis florens Insubribus Vrbs quæ
Regem Quadrupedum, Cesare dante tulit.

A 4

Sed

Sed nihil ista juvant, neq; structa pendet ab aede.
Sed tantum à Christi vulnere, nostra salus
Hoc tamen idcirco fecit primaeva vetustas
Ut suus in Phæbi tecta pateret amor.
Nec satis est mirum propius si tempora spectes
Czechica gens adeo quam celebrata fuit.
Tuta domi, laudata foris, non hostibus ullis
Cedens, Caesaribus semper amica suis:
Si quis ad arma feros inimica vocaverat hostes
Illa Bohemiaca non sine gente tulit.
Tanta molis erat Bojemam condere gentem,
Donec in excelsis constitit illa loco.
Ut taceam Ottogari natos fortesq; Nepotes
Area quos mundi nil remorata fuit.
LUCEMBERGIACI, nimis ardua gesta **IOHANNIS**
Virtutis speciem perpetuantis habet;
Ille Oculis captus, dum Gallica signa tuetur
Mortem pro laudis pactus honore cadit.
Nec dubia est **CAROLI** trabeata potentia **QUARTI**
Quem mea jam claudio carmine **MUSA** canet.
Is patria pater, & Regni tutela Bohemi
Sat tibi laudatum **PRAGA** peregit opus.
Quicquid habes laudis, quicquid pietatis a vita
Acceptum **CAROLO** protinus omne refer:
Quod nova fundata es, quod tot sublimibus aucta
Turribus, est **CAROLI** Caesaris illud opus.
Fabor?

Fallor? an hic aliquid possum tibi dicere majus
Quis locus hic, quæ tam mania celsa, refer?
Hic DEUS atq; DEI concepta in pectore Musa
Ceperunt CAROLO Rege favente coli,
Mania ad hæc olim toto concursus ab orbe
Dum vixit studij, fama serena fuit.
Prodidit Historicus quod millia dena bis olim
Discentum ex varijs, hæc petiere locis
Crevêrunt studia, & Doctorum floruit agmen
Præ reliquis Hussus conspiciendus erat.
Aemula doctrinæ donec Bojema juventus
Puncta Facultatis liberiora tulit
Si facti autorem nescis, si deniq; Regem!
Hussius autor, Rex VENCESILAVS erat.
Cedere patricijs gens Teutona jussa Boemis
Liquit Czechiaci protinus arva soli
Quod simul ut factum est renovata Academia, vultus
Sumpsit in integra religione novos.
Successit Scoto Moyses Tarsensis Aquino
In primo steterant Biblia sacra loco
Parte hac Divinæ Christi sacra dogmata cæna
Fiebant, aliâ concio parte fuit.
Ipse sacer vates, niveiq; teguminis ANSER
Templorum stabat pervigil ante fores
Donec ab infidis, prunis ferventibus, ustus
Voce dedit gratum deficiente melos.

A s

Salve

Salvete Hussiaca volitantia signa favillæ
Marmora erunt vestra nulla caduca pyræ.
Invida feralis repetat sua carmina bubo
Vos circum excubias candidus ales aget.
Vester habes Fumus famam, stat mente repostum
Quam fuerit flamma fertilis ille cinis.
Quæq; prius calidos ignes spirabat ab ore
Vsta per hanc flammam, turpis Echidna fuit.
Ipsa triumphales populosa Boemia currus
Vidit ab ignoti sideris orbe vehi.
Nil Germana cohors potuit differre paratis
Rebus, in his semper victa cadebat agris.
Nate Patris Magni Caesar ZIGEMUNDE labori
Fortuna heu nunquam riserat aqua tuo.
Plus POZDIERRADI potuit consulta GEORGI
Ars, quam Marsbelli Boja per arua tui
Quisquis es Historicus talem mihi desine Regem
Carpere, non caput hoc nobile terra tegit.
CZECHIA nil vidit Rege hoc sapientibus unquam
Nec fovit clarias mollior aura DEAS.
Hujus ab incepto Regni moderamine mores
Fortune fingis VLADISLAE tua
Florida sedato dum currere secla tumultu
Et ritu in veteri vivere quemq; jubes
Pro quibus edictis subituro menia PRAGÆ
Quædo PROFESSORUM, Biblia sacra tulit.

Egregium

Egregium hoc donum mentem cum munere confer
Regibus haud ullum gratius esse potest.
FERDINANDI id nunquam discessit ab ore volumina
Nec patris absimilis MAXIMILIANUS erat
Caesar uterq; bonus, non postponendus Avitis
Regibus, in publicum natus uterq; bonum
Quos bona posteritas, & qui nascentur ab illa
Laudibus eternis celsa per astra ferent.
Hac data defunctis sint carmina Regibus ibit
Musa mea in laudes vive RUDOLPHE tuas.
Vtq; eat Augusto gressu tum maxime Caesar
De folio in versus labere quales meos.
Si probitas & amor, virtutum opulentia, candor
Efficiunt gratum Civibus esse Ducem
Quid poterit nobis te Caesar gratius esse
Quis poterit laudes exsuperare tuas?
Per te Religio, Caroliq; ACADEMIA Quartæ
Amisam reparant non sine honore decus.
Tu causas belli, tu tristia tempora solvis,
Tu patriæ revehis secula prisca tua
Tu studijs nostris ut sit tranquilla potestas
Et sumat vires Czechica Musa facis
Sit Veneta Vrbs florens, sit pulchra NEAPOLIS esto
Roma celebratus totius orbis honos
Nostra per has turbas est PRAGA beatior illis
Cive DEO; Christo praeside, seq; patre

Salve

Salve de veterum flos nate propagine Regum
Vive diu & semper maxime Caesar Ave.
Invidate patrio nunquam mors eximet orbi
Post obitum vives, DIVE ROTHILFE tuum.
Liber ab interitu vives, & in astra relatus
Omnivaga laudum parte superstes eris,
Atque utinam precibus Dii pondus inesse juberent
Nec mea per ventos irrita vota forent
Te prope PRAGENSIS studij fautoribus arces
Carminibus vellem ponere in ante meis
Ante alios docti COMES illustrissimus oris
SCHLIKIUS in numeros, fortia corda daret
Viveret aeternum, quamvis nequit esse sepultus
BUDWICIUS patria mellea suada sua.
Ipse loco in medio staret SCHWIHOVIVS Heros
MICHALOVECIO, laus quoque digna foret.
At simul in multa breviori ludere versu
Materia ingenij est nobilioris opus.
Quid temerare juvat sapientes laudibus aures?
Dicitur hic palpo proximus esse furor
Sat precibus gratam sapienti ostendere mentem
Talis & interpres carminis esto mei.
Hic positus termes, Claris consistite Muse
Paucas libet numeris addere verba meis.
Hanc ego præteream, Charitum qua me inter alumnos
Potum Castalijs ornat & auget aquis.
Gratulor.

Gratulor ergo tibi studiorum *ACADEMIA* mater,
Nocte quod expulsâ tempora lucis agis.
Gratulor in melius quod jam renovata resurgis
Et tot patronos nata subinde viges.
Cresce per antiquos, nunquam violabilis, annos
Nec similis toto sit locus orbe tibi.
Jam satis est dictum; qui nos audistis abite
Post alia ex alio tempore metra eanam.

ODÆ II.

AD DEVM OMNIPOTENTEM
I. PRO ILLUSTRISSIMIS STATIBUS Hujus
Regni, in Synodo congregatis

Modimperator Orbis
Fons gratiæ perennis,
Qui solus universa
Nutu tuo gubernas.

Terræ status Bohemæ
Pragæq; congregatos.

A fraudibus malorum
Vera in fide tuere

Da ritibus profanis
Non amplius moveri.

Sed mentibus quietis
Sacris tuis vacare.

II. DE MUNDI VANITATE

Audi querelas, rerum opifex meas
Quas de profundo pectore profero:
Mundi superbi dum cadentem
Flebilis aspicio ruina.
Confusa moles, plenaq; frivolis
Ludibrijs, nil visibus obgerit
Quod non statim circumfuerit,
Excutiat lacrimas videnti.
Nascentibus mox cantio flebilis
Est prima, satis hac eadem ultima.
Pauci quibus ridente vitam
Sors facie dedit inchoare.
Nudi in patentem ponimur aream
Mundi: hic honores, regnaq; querimus.
Hic bella nos premunt cruenta; hic
Pauperie, atq; opibus gravamur.
Hic ridet, alter flet sua tempora,
Mortalis damnat contra alius genus.
Observat aurum CRASSUS, at se
Cuncta Bias bona ferre dicit.
Ab implicati tot gravibus malis,
Vivendo causas cur male perditis?
Nil providi sue salutis
Tempus iners agitare sucti

Nos

E
Beatus ille est, qui sua tempora
Non in caducis trivitt ineptijs
Post fata vita; nam perenne
Veraget in domibus beatis.

AUTORI

ANte fores stantem caveas avertere famam
Nec pigeat Clius ferre brabea tua.
Ede novum doctis, vates Bojeme, melisma
Nec dignum tanto pectore differ epos
Post te cursura per te, jam currere, nympha
Anticipent, busto serior aura venit.
B. Canutius Danus.

F I N I S.

Anticipent, dabo servos vestros
Post te curiam porto, iam curiam, quibus
Nec dignum tanto peccare differat
Ede notum dabo, vobis pueri, mactant
Nec pueri, Chus, sine dabo tua
A Nic, sine dabo, sine dabo tua
Anticipent, dabo servos vestros

F I N I S

Anticipent, dabo servos vestros
Post te curiam porto, iam curiam, quibus
Nec dignum tanto peccare differat
Ede notum dabo, vobis pueri, mactant
Nec pueri, Chus, sine dabo tua
A Nic, sine dabo, sine dabo tua
Anticipent, dabo servos vestros



1815

Ung v MAD

ULB Halle 3
007 382 049




VON

Z







DE STUDIORUM IN BOHEMIA PROGRESSU
 & incrementis
METRICA DE-
CLAMATIO
IN HONOREM ET RE-
STAUURATIONEM ALME ACADEMIE
Pragensis, publice in Collegio Carolino
16 Cal: April: hora 17. recitata
 Venceslao Rokycansky Gurimeno
 AD AUTHOREM
Pluria Pragensis dum fulcra Patresq. LYCEI
Grandisonis resonas VENCESILAE modis
Nonne nova laudis seges hic tibi crescit et olim
Accedet titulis hinc nova fama tuis.
 Andreas Rochotius a Rochicer
 perga &c. Poeta & Notarius
 Imperialis.
PRAGÆ,
Typis PAULI SESSII. Anno 1610.

